§ 1.—Hereditati mariti, licet in solidum condemnetur, compensationes tamen, quae ad pecuniariam causam respiciunt, proderunt, ut hoc minus sit obligatus, veluti ob res donatas, et amotas, et impensas; morum vero coercitionem non habet.

§ 2.—Socero quoque, cum quo nurus de dote agit, idem honor habetur, (ut) in id damnetur, quod facere potest,

16. [17.] POMPONIUS libro XVI. (2) ad Sabinum.—quia parentis locum socer obtinet.

17. [18.] PAULUS libro VII. ad Sabinum.—Ex diverso si socer ex promissione a marito conveniatur, solet quaeri, an idem ei honor habendus sit. Neratius libris Membranarum et Proculus scribunt, hoc iustum esse.

§ 1.—Item si mulier ex promissione conveniatur, magis placuit, defendendam eam per exceptionem. Idem et Proculus ait; sicuti, quum socia fuit, dabitur ei exceptio, quamvis iure civili sit obligata.

§ 2.—Si in iudicio dotis iudex ignorantia iuris lapsus condemnaverit maritum in solidum, Neratius, Sabinus, doli exceptione eum uti oportere, aiunt, eaque tutum fore.

18. [19.] POMPONIUS libro XVI. (3) ad Sabinum.—Etiam filios mulieris, qui patri heredes extiterunt, in id, quod facere possunt, condemnandos Labeo ait.

§ 1.—Licet in dotalibus rebus non solum dolum, sed et culpam maritus praestet, quum tamen quaeritur in iudicio de dote, an facere possit, dolum duntaxat comprehenditur, quia in rerum ipsius administratione non erat ab eo culpa exigenda; quamquam eum duntaxat dolum ei nocere putem, si facere non possit, quem propter uxorem adhibuit, ne ei solidum solveret, non propter quemlibet illum. Ofilius autem aiebat, si dolo mariti res dotalis interiisset, et alioquin solvendo non esset,

VII.—porque tal beneficio es personal, y se extingue con la persona.

14. [15.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVI.*—Otra es la causa del defensor, respecto del que se determina que se considera que lo defendió bien, si entregase á la mujer tanto cuanto conseguiría, si hubiese demandado al mismo marido.

§ 1.—Juiciosamente pregunta Pomponio en el libro décimo quinto de Sabino, ¿si el marido pactase que no sea condenado en lo que pueda hacer, sino por la totalidad, se habrá de observar este pacto? Y dice que no debe observarse. Lo que ciertamente también á mi me parece verdad, porque es mejor decir que este pacto es contra las buenas costumbres, puesto que aparece que es contra la admitida reverencia, que se ha de guardar á los maridos.

15. [16.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Se mira al tiempo de haber sido juzgada la cosa, para cuanto puede hacer el marido.

§ 1.—Al heredero del marido, aunque sea condenado por la totalidad, le aprovecharán, sin embargo, las compensaciones, que se refieren á causa pecuniaria, para que á esto menos esté obligado, por ejemplo, por razón de cosas donadas, y amovidas, y por los gastos; pero no tiene el derecho de castigo de las costumbres.

§ 2.—También al suegro, contra quien ejercita la nuera la acción de dote, se le tiene la misma consideración, para que sea condenado en lo que puede hacer,

16. [17.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XVI.*—porque el suegro tiene la calidad de ascendiente.

17. [18.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Al contrario, si por una promesa fuera el suegro demandado por el marido, se suele preguntar, si se le haya de tener la misma consideración, Escriben Neracio, en los libros de los Pergaminos, y Próculo, que esto es justo.

§ 1.—Asimismo, si la mujer fuera demandada por su promesa, pareció mejor que se haya de defender con la excepción. Lo mismo dice también Próculo; así como, cuando fué socia, se le dará la excepción, aunque esté obligada por derecho civil.

§ 2.—Si inducido á error por ignorancia del derecho, hubiere el juez condenado al marido por la totalidad en el juicio sobre la dote, dicen Neracio y Sabino, que debe utilizar él la excepción de dolo, y que con ella estará amparado.

18. [19.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XVI.*—Dice Labeon, que también los hijos de la mujer, que quedaron herederos del padre, han de ser condenados en lo que pueden hacer.

§ 1.—Aunque respecto á los bienes dotales preste el marido no solamente el dolo, sino también la culpa, sin embargo, cuando en el juicio sobre la dote se investiga si puede hacer, se comprende solamente el dolo, porque en la administración de sus propios bienes no se había de exigir de él la culpa; aunque yo opinaria, que, si no pudiera hacer, le perjudicaria solamente el dolo que respecto á su mujer mostró para no pagarle la totalidad, no respecto á otro cualquiera. Pero decía Ofilio, que

(1) XXXV., Hal.

(2) XV., Hal.

(3) XV., Hal.

quamvis nihil dolo fecisset, quominus solvendo esset, perinde tamen eum damnandum eius rei dotalis nomine, in qua dolum fecisset, atque si doli eius factum esset, quominus facere possit. Ceterum si circa interitum rei dotalis dolus malus et culpa mariti absit, actiones solas, quas eo nomine quasi maritus habet, praestandas mulieri, veluti furti, vel damni iniuriae.

19. [20.] ULPIANUS libro XXXVI. (1) ad Sabinum.—Si mulier diverterit, et iudicio de dote contestato reversa fuerit in matrimonium, reintegrato matrimonio exspirat iudicium, et omnia in statu pristino manent.

20. [21.] PAULUS libro VII. ad Sabinum.—Quamvis mulier non in hoc accipiat constante matrimonio dotem, ut aes alienum solvat, aut praedia idonea emat, sed ut liberis ex alio viro egentibus, aut fratribus, aut parentibus consuleret, vel ut eos ex hostibus redimeret, quia iusta et honesta causa est, non videtur male accipere; et ideo recte ei solvitur, idque et in filiafamilias observatur.

21. [22.] ULPIANUS libro III. Disputatio num. (2)—Sed et si ideo maritus ex dote expendit, ut a latronibus redimeret necessarias mulieri personas, vel ut mulier vinculis vindicaret de necessariis suis aliquem, reputatur ei id, quod expensum est; sive pars dotis sit, pro ea parte, sive tota dos sit, actio dotis evanescit. Et multo magis idem dicendum est, si socer agat de dote, debere rationem haberi eius, quod in ipsum impensum est, sive ipse maritus hoc fecit, sive filiae, ut faciat, dedit. Sed etsi non pater experiretur, sed post mortem eius filia sola de dote ageret, idem erit dicendum; quum enim doli exceptio insit de dote actioni, ut in ceteris bonae fidei iudiciis, potest dici, ut et Celso videtur, inesse hunc sumtum actioni de dote, maxime si ex voluntate filiae factus sit.

22. [23.] IDEM libro XXXIII. ad Edictum.—Si, quum dotem daret pater vel extraneus pro muliere, in unum casum pepigit, vel in divortium, vel in mortem, dicendum est, in eum casum, in quem non pepigit, esse mulieri actionem.

§ 1.—Si post solutum matrimonium filiafamilias citra patris voluntatem exactam communem dotem consumat, patri et viva ea, et mortua actio superest, ut dos ipsi solvatur. Quod ita verum est, si perditurae solvatur (3); ceterum si non perditurae, et ex iustis causis soluta sit, non supererit actio, sed mortuo patre nec etiam heredes agent, nec mulier.

§ 2.—Si mulier soluto matrimonio egentem reum

si por dolo del marido hubiesen perecido los bienes dotales, y por otra parte no fuese solvente, aunque nada hubiese hecho con dolo para no ser solvente, ha de ser condenado por razón de estos bienes dotales, en que hubiese obrado con dolo, lo mismo que si por dolo suyo se hubiese hecho de modo que no pueda hacer. Pero si en la pérdida de los bienes dotales no hubiera dolo malo ni culpa del marido, se han de ceder á la mujer las solas acciones que por tal motivo tiene como marido, por ejemplo, la de hurto, ó la de daño con injuria.

19. [20.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVI.*—Si la mujer se hubiere divorciado, y después de contestada la acción de dote hubiere vuelto al matrimonio, reintegrado el matrimonio, espira el juicio, y todo queda en su primitivo estado.

20. [21.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Aunque la mujer no reciba durante el matrimonio la dote con este objeto, para que pague una deuda, ó para que compre predios convenientes, sino para que atendiese á hijos necesitados, de otro marido, ó á sus hermanos, ó á sus padres, ó para que los rescatase de los enemigos, no se considera que la recibe mal, porque es justa y honesta la causa; y por esto se le paga bien, y se observa lo mismo aun respecto á la hija de familia.

21. [22.] ULPIANO; *Disputas, libro III.*—Pero también si el marido gastó de la dote para rescatar de los ladrones á personas emparentadas con la mujer, ó para que la mujer saque de la cárcel á alguno de sus parientes, se le pone en cuenta lo que se gastó; y si fuera parte de la dote, se extingue la acción de dote respecto de aquella parte, y en totalidad, si fuera toda la dote. Y con mucha más razón se ha de decir lo mismo, si el suegro ejercitara la acción de dote, que se debe tener cuenta de lo que se gastó en él mismo, ya si esto lo hizo el mismo marido, ya si le dió á la hija para que lo hiciera. Pero aunque el padre no ejercitase la acción, sino que después de su muerte la intentase por la dote su hija sola, se habrá de decir lo mismo; porque siendo inherente á la acción de dote la excepción de dolo, como en los demás juicios de buena fé, puede decirse, según también le parece á Celso, que este gasto vá unido á la acción de dote, mayormente si hubiera sido hecho por voluntad de la hija.

22. [23.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—Si al dar el padre á un extraño la dote por la mujer, pactó para un solo caso, ó para el de divorcio, ó para el de la muerte, se ha de decir, que la mujer tiene la acción en aquel caso para el que no la pactó.

§ 1.—Si después de disuelto el matrimonio la hija de familia consumiese la dote, que les era común, cobrada sin la voluntad del padre, así viva como fallecida ella le queda al padre acción para que á él se le pague la dote. Lo que es verdad de este modo, si se le pagara á la que no la había de perder, y hubiera sido pagada por justas causas, no quedaría acción, sino que muerto el padre, no reclamarán ni aún sus herederos, ni la mujer.

§ 2.—Si disuelto el matrimonio la mujer recibie-

(1) XXXV., Hal.

(2) XXXIV. ad edictum, Hal.

(3) Taur. según la escritura original; Quod — solvatur, omitelas según corrección el código Fl., Br.

dotis per novationem decepta accipiat, nihilominus actio dotis ei manebit.

§ 3.—Si pater filia absente de dote egerit, etsi omisa sit de rato satisfactio, filiae denegari debet actio, sive patri heres extiterit, sive in legato tantum acceperit, quantum dotis (1) satis esset. Et ita Iulianus pluribus locis scribit, compensandum ei in dotem, quod a patre datur; lucroque eius cedit, si tantum ab eo consecuta sit, quantum ei dotis nomine debeatur a marito, qui patri solvit.

§ 4.—Si patri propter condemnationem Romae, ubi dos petatur, esse non liceat, filiae satis dotis fieri oportet, ita tamen, ut caveat, ratam rem patrem habiturum.

§ 5.—Eo autem tempore consentire filiam patri oportet, quo lis contestatur. Secundum haec, si filia dicat se patri consentire, et ante litis contestationem mutaverit voluntatem, vel etiam emancipata sit, frustra pater ageat.

§ 6.—Nec non illud quoque probamus, quod Labeo probat, nonnunquam patri denegandam actionem, si tam turpis persona patris sit, ut vendendum sit, ne acceptam dotem consumat; ideoque officium iudicis interponendum est, quatenus et filiae, et patri competenter consulatur (2). Sed si latitet filia, ne tali patri consentire cogatur, puto dari quidem patri actionem, sed causa cognita. Quid enim, si filia verecunde per absentiam patri contradicat (3), cur non dicamus, patri non esse dandam actionem? Quodsi is pater sit, cui omnimodo consentire filiam decet, hoc est vitae probatae, filia levis mulier, vel admodum iuvenis, vel nimia circa maritum non merentem, dicendum est, patri potius acquiescere Praetorem oportere, dareque ei actionem.

§ 7.—Si maritus vel uxor constante matrimonio furere coeperint, quid faciendum sit, tractamus; et illud quidem dubio procul observatur, eam personam, quae furore detenta est, quia sensum non habet, nuntium mittere non posse; an autem illa repudianda est, considerandum est. Et si quidem intervallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus est, tamen ferendus his, qui circa eam sunt, tunc nullo modo oportet dirimi matrimonium; sciente ea persona, quae, quum compos mentis esset, et ita furenti, quemadmodum diximus, nuntium miserit, culpa sua nuptias esse dirimas. Quid enim tam humanum est, quam ut (4) fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse? Sin autem tantus furor est, ita ferox, ita perniciosus, ut sanitatis nulla spes supersit, circa ministros terribilis, et forsitan altera persona (5) vel propter saevitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandae sobolis cupidine tenta est (6), licentia erit compoti mentis personae furenti nuntium mittere, ut nullius culpa

ra, habiendo sido engañada por medio de novación, un deudor insolvente de la dote, le quedará, sin embargo, á ella la acción de dote.

§ 3.—Si ausente la hija hubiere ejercitado el padre la acción de dote, aunque se haya omitido la caución de ratificación, debe denegarse la acción á la hija, ya si hubiere quedado heredera del padre, ya si hubiere recibido por legado tanto cuanto fuese suficiente para la dote. Y así escribe Juliano en muchos parajes, que se le ha de compensar á ella para la dote lo que se dá por el padre; y que cede en lucro suyo, si de él hubiera conseguido tanto cuanto por razón de dote se le debiera por el marido, que pagó al padre.

§ 4.—Si en virtud de condena no le fuera lícito al padre estar en Roma, donde se reclame la dote, debe satisfacerse á la hija en cuanto á la dote, pero de modo que dé caución de que el padre ratificará lo hecho.

§ 5.—Mas la hija debe prestar su consentimiento al padre al tiempo en que es contestada la demanda. Según esto, si la hija dijera que presta su consentimiento á su padre, y hubiere cambiado de voluntad antes de la contestación de la demanda, ó si también hubiera sido emancipada, inútilmente ejercitará el padre la acción.

§ 6.—Y también aprobamos lo que aprueba Labeon, de que á veces se le ha de denegar al padre la acción, si el padre fuera persona tan torpe que se haya de temer que consuma la dote después de recibida; y que por esto se ha de interponer el ministerio del juez, para que competentemente se atienda al interés tanto de la hija como del padre. Pero si la hija se ocultase, para que no se la obligue á prestar su consentimiento á tal padre, creo que se le dá ciertamente al padre la acción, pero con conocimiento de causa. Porque, si por vergüenza la hija contradijese con su ausencia al padre, ¿por qué no diremos que no se le ha de dar la acción al padre? Pero si el padre fuera tal, que de todos modos le convenga á la hija prestarle su consentimiento, esto es, de conducta probada, y la hija fuese mujer ligera, ó muy joven, ó demasiado afectá á marido que no lo mereciera, se ha de decir, que el Pretor debe asentir más bien á favor del padre, y darle á él la acción.

§ 7.—Si durante el matrimonio hubiere comenzado á estar loco el marido ó la mujer, examinemos qué se haya de hacer; y á la verdad, sin duda alguna se observa, que la persona que está poseída de locura, porque no tiene juicio, no puede enviar mensaje de repudio; pero se ha de considerar si ella puede ser repudiada. Y si verdaderamente tuviera intervalos la locura, ó si ciertamente es perpétua la enfermedad, pero es tolerable para los que están cerca de ella, en este caso de ningún modo conviene que se disuelva el matrimonio; y si sabiéndolo la persona que estando sana de juicio hubiere enviado mensaje de repudio á la que estaba loca, así como hemos dicho, las nupcias quedan disueltas por su culpa. Porque ¿qué cosa hay tan humana como que el marido sea participe en los casos fortuitos de la mujer, ó la mujer en los del marido? Pero si la locura es tanta, tan feroz y tan perniciosa, que no quede esperanza alguna de curación, y es temible para los sirvientes, y acaso la otra persona está tentada del deseo de procrear des-

(1) doti, Hal.

(2) consulatur, Hal. Vulg.

(3) Taur. al márgen; condicat, en el texto.

(4) ut, omitenla Hal. Vulg.

(5) velit, inserta Hal.

(6) dirimere (en lugar de est), Hal.

videatur esse matrimonium dissolutum, neque in damnum alterutra pars incidat.

§ 8.—Sin autem in saevissimo furore muliere constituta maritus dirimere quidem matrimonium calliditate non vult, spernit autem infelicitatem uxoris, et non ad eam flectitur, nullamque ei competentem curam inferre manifestissimus est, sed abutitur dote (1), tunc licentiam habeat vel curator furiosae, vel cognati adire iudicem competentem, quatenus necessitas imponatur marito, omnem talem mulieris sustentationem sufferre, et alimenta praestare, et medicinae eius (2) succurrere, et nihil praetermittere (3), quae (4) maritum uxori afferre decet secundum dotis quantitatem. Sin vero dotem ita dissipaturus ita (5) manifestus est, ut non hominem frugi oportet, tunc dotem sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatium una cum sua familia, pactis videlicet dotalibus, quae inter eos ab initio nuptiarum inita fuerint, in suo statu durantibus, et alterius exspectantibus sanitatem aut (6) mortis eventum.

§ 9.—Item pater furiosae utiliter intendere, sibi filiaeve suae reddi dotem, potest; quamvis enim furiosa nuntium mittere non possit, patrem tamen eius posse certum est (7).

§ 10.—Si soluto matrimonio pater furiosus sit, curator eius voluntate filiae dotem petere poterit; aut si curatoris copia non sit, agere filiae permitendum erit, caverique oportebit de rato (8).

§ 11.—Item decernendum est, et si ab hostibus captus sit pater, puellae dandam actionem de dote repetenda.

§ 12.—Transgrediamur nunc ad hunc articulum, ut quaeramus, adversus quos competit de dote actio? Et adversus ipsum maritum competere, palam est, sive ipsi dos data sit, sive alii ex voluntate mariti, vel subiecto iuri eius, vel non subiecto. Sed si filiusfamilias sit maritus, et dos socero data sit, adversus socerum agetur. Plane si filio data sit, si quidem iussu soceri, adhuc absolute socer tenebitur. Quodsi filio data sit non iussu patris, Sabinus et Cassius responderunt, nihilominus cum patre agi oportere; videri enim ad eum pervenisse dotem, penes quem est peculium; sufficit autem ad id damnandum (9), quod est in peculio, vel si quid in rem patris versum est. Sin autem socero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, nisi patri heres extiterit.

§ 13.—Si mulier in conditione mariti erraverit, putaveritque esse liberum, quum servus esset, concedi oportet quasi privilegium in bonis viri

condencia, ó por causa de la sevicia de la locura, ó porque no tiene hijos, tendrá facultad la que esté sana de juicio para enviar mensaje de repudio á la persona loca, de suerte que se considere que el matrimonio se disolvió sin culpa de ninguna, y ni una ni otra parte incurra en daño.

§ 8.—Mas si poseida la mujer de frenética locura, el marido no quiere ciertamente por malicia disolver el matrimonio, pero desprecia la infelicidad de su mujer, y no se compadece de ella, y es evidente que no le presta ningún auxilio conveniente, sino que abusa de la dote, en este caso tengan facultad ó el curador de la loca, ó sus cognados, para presentarse al juez competente, á fin de que se imponga al marido la necesidad de proveer á todo este sustento de la mujer, de prestarle alimentos, de atender á las medicinas de la misma, y de no olvidar nada de lo que es decoroso que el marido preste á su mujer conforme á la cuantía de la dote. Mas si es evidente que ha de dispar la dote, de modo que no conviene á hombre moderado, en este caso se secuestra la dote, á fin de que con ella tenga la mujer juntamente con su familia los competentes recursos, permaneciendo por supuesto en su propio estado los pactos dotalés, que entre ellos se hubieren hecho al principio, y esperando la curación ó la muerte de uno.

§ 9.—Asimismo, el padre de la loca puede reclamar útilmente que á él ó á su hija se le devuelva la dote; porque aunque la loca no pueda enviar mensaje de repudio, es sin embargo cierto que puede enviarlo su padre.

§ 10.—Si disuelto el matrimonio estuviera loco el padre, su curador podrá pedir la dote con la voluntad de la hija; ó si no hubiera posibilidad de curador, se le habrá de permitir á la hija que ejercite la acción, y deberá darse caución de ratificación.

§ 11.—Igualmente se ha de determinar, que, también si el padre hubiera sido cogido por los enemigos, se le ha de dar acción á la hija para reclamar la dote.

§ 12.—Pasemos ahora á este otro punto, para que preguntemos, ¿contra quienes compete la acción de dote? Y es evidente que compete contra el mismo marido, ya si á él mismo hubiera sido dada la dote, ya si á otro por voluntad del marido, esté ó no sujeto á la potestad de él. Pero si el marido fuera hijo de familia, y la dote hubiera sido dada al suegro, contra el suegro se ejercitará la acción. Pero si hubiera sido dada al hijo, si verdaderamente lo fué por mandato del suegro, aún estará obligado el suegro absolutamente. Mas si hubiera sido dada al hijo no por mandato del padre, respondieron Sabino y Cassio, que sin embargo la acción debía ejercitarse contra el padre; porque se considera que la dote fué á poder de aquel en quien está el peculio; pero basta que haya de ser condenado hasta lo que hay en el peculio, ó hasta lo que se convirtió en provecho del padre. Pero si la dote se la hubiere dado al suegro, no se podrá ejercitar contra el marido la acción, sino si hubiere quedado heredero del padre.

§ 13.—Si la mujer hubiere errado en cuanto á la condición de su marido, y hubiere creído que era libre, siendo esclavo, debe concedérsele á la mujer

(1) Hal. Vulg.; dotem, el código Fl.  
 (2) medicina ei, Hal.  
 (3) Según conjetura Br.; praetermitte, la escritura original; praetermitti, Taur. según corrección del código Fl.  
 (4) Taur. según la escritura original; quorum, antigua corrección del código Fl., Br.

(5) Br. considera ita palabra superflua; pero no Taur.  
 (6) Br.; et, Taur.  
 (7) Algunos omiten este §. 9.  
 (8) Taur. según la escritura original; Si sol. — rato, omitela según corrección el código Fl., Br.  
 (9) eum damnari (en lugar de damnandum), Hal.

mulieri, videlicet ut, si sint et alii creditores, haec praeferatur circa de peculio actionem, et si forte domino aliquid debeat servus, non praeferatur mulier, nisi in his tantum rebus, quae vel in dote (1) datae sunt, vel ex dote comparatae, quasi et hae dotales sint.

23. [24.] PAULUS libro XXXVI. ad Edictum (2).—Et si quid in eam dotem impensum est, nec a muliere reddetur, per doli mali exceptionem servabitur.

24. [25.] ULPIANUS libro XXXIII. ad Edictum (3).—Si constante matrimonio propter inopiam mariti mulier agere volet, unde exactionem dotis initium accipere ponamus? Et constat, exinde dotis exactionem competere, ex quo evidentissime apparuerit, mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere.

§ 1.—Si exheredato marito mulier agat (4), magis est, ut ex die aditae patris hereditatis incipiat ei dotis exactio.

§ 2.—Quoties mulieri satisfaciendum est de solutione dotis post certum tempus, si maritus satisfacere non possit, tunc deducto commodo (5) temporis, condemnatio residui repraesentatur; sed si, quum maritus satisfacere posset, nollet, in solidum eum condemnandum Mela ait, non habita ratione commodi temporis. Iudicis igitur officio convenit, ut aut satisfactione interposita absolvat maritum, aut habita ratione compensationis (6) eum condemnet, quod quidem hodie magis usurpatur; nec ferenda est mulier, si dicat, magis se velle dilationem pati, quam in repraesentatione deductionem.

§ 3.—Sive autem mariti, sive uxoris periculo dos fuit, nihilominus legitimo tempore debet solvere maritus.

§ 4.—Si vir voluntate mulieris servos dotales manumiserit, si quidem donare ei mulier voluit, nec de libertatis causa impositis ei praestandis tenebitur; quodsi negotium inter eos (7) gestum est, utique tenebitur, ut officio iudicis caveat, restitutum se mulieri quidquid ad eum ex bonis liberti, vel ex obligatione pervenisset (8).

§ 5.—Si maritus saevus in servos dotales fuit, videndum, an de hoc possit conveniri. Et si quidem tantum in servos uxoris saevus fuit, constat, eum teneri hoc nomine, si vero et in suos est natura talis, adhuc dicendum est, immoderatam eius saevitiam hoc iudicio coercendam; quamvis enim diligentiam uxor eam demum ab eo exigit, quam rebus suis exhibet (9), nec plus possit, attamen saevitia, quae in propriis culpanda est, in alienis coercenda est, hoc est in dotalibus (10).

§ 6.—Si uxor viri rem commodaverit, eaque perierit, videndum, an compensationem hoc nomi-

un casi privilegio en los bienes del marido, á saber para que si hubiera también otros acreedores, sea ella preferida en cuanto á la acción de peculio, y si acaso un esclavo debiera alguna cosa á su señor, no sea preferida la mujer, sino solamente en aquellas cosas que fueron dadas en dote, ó se compraron con la dote, como si también estas fueran dotales.

23. [24.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVI.*—Y si algo se gastó para la dote, y no fue restituído por la mujer, se retendrá por la excepción de dolo malo.

24. [25.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—Si durante el matrimonio quisiera la mujer ejercitar la acción por causa de la pobreza del marido, ¿dónde fijaremos que toma principio la exacción de la dote? Y consta que compete la exacción de la dote desde que evidentísimamente apareciere que no bastan los bienes del marido para la exacción de la dote.

§ 1.—Si habiendo sido desheredado el marido la mujer ejercitara la acción, es más cierto que conveniencia para ella la exacción de la dote desde el día en que fué adida la herencia del padre.

§ 2.—Siempre que se ha de dar fianza á la mujer sobre pago de la dote después de cierto tiempo, si el marido no pudiera dar la fianza, deducido el beneficio del tiempo, se paga anticipadamente la condena del resto; pero si pudiendo dar el marido la fianza, no quisiera, dice Mela que ha de ser él condenado por el todo, sin haberse tenido cuenta del beneficio del tiempo. Así, pues, compete al ministerio del juez, ó absolver al marido habiéndose interpuesto la fianza, ó condenarlo tenida cuenta de la compensación, que es ciertamente lo que hoy más se practica; y no ha de ser atendida la mujer, si dijera, que ella prefiere tolerar la dilación más bien que la deducción en el pago anticipado.

§ 3.—Mas ya si la dote estuvo á riesgo del marido, ya si al de la mujer, esto no obstante, debe pagarla el marido en el término legal.

§ 4.—Pero si con voluntad de la mujer hubiere manumitido el marido los esclavos dotales, si verdaderamente quiso la mujer hacerle donación, no estará obligado á prestarle á ella lo que les impuso por causa de la libertad; mas si entró ellos hubo una gestión de negocio, estará ciertamente obligado, de suerte que por ministerio del juez dé caución de que habrá de restituir á la mujer cualquiera cosa que á poder de él hubiese ido de los bienes del libertó, ó en virtud de obligación.

§ 5.—Si el marido fué cruel para los esclavos de la dote, se ha de ver, si podrá ser demandado por esto. Y si verdaderamente fué cruel solo con los esclavos de la mujer, consta que se obliga por esta causa, pero si también con los suyos es de tal naturaleza, aún se ha de decir que ha de ser reprimida en este juicio su immoderada sevicia; porque aunque la mujer exija de él solamente aquella diligencia que pone en sus propias cosas, y no pueda exigirle más, sin embargo, la sevicia, que es culpable sobre los esclavos propios, ha de ser castigada respecto á los ajenos, esto es, á los dotales.

§ 6.—Si la mujer hubiere dado en comodato una cosa del marido, y esta hubiere perecido, se ha de

(1) dotem, Hal. Vulg.

(2) VII. ad Sabinum, Hal.

(3) XXXV. ad Sabinum, Hal.

(4) de dote, inserta la Vulg.

(5) medii, inserta la Vulg.

(6) repraesentationis, Hal.

(7) ab eo, Hal.

(8) Algunos omiten este §. 4.

(9) Hal. Vulg.; exiget, el código Fl.

(10) hoc est in dotalibus, omitelas Hal.

ne pati possit. Et puto, si quidem prohibuit eam maritus commodare, statim deductionem fieri, si vero non prohibuit eam commodare, arbitrio iudicis modicum tempus ei indulgeri cautionem praebenti.

§ 7.—Si bona mulieris pro parte sint publicata, superest mulieri reliquae partis dotis exactio; plus puto, et si post litem contestatam publicata sit pro parte dos, sufficere arbitrium iudicis ad partis condemnationem faciendam. Quodsi tota dos publicata sit, exspirabit iudicium.

25. [26.] PAULUS libro XXXVI. ad Edictum (1).—Si filiofamilias dos data sit iniussu patris, de peculio quidem agetur, sed sive propter impensas a filiofamilias factas (2), sive propter res donatas a filio, vel amotas ab uxore res peculiares, hoc ipso, quod habet actionem pater ex persona filii, maius peculium fit; et sic totum est praestandum mulieri, quod est in peculio, quia (3) adhuc sit, quod uxori debeatur.

§ 1.—Maritum in reddenda dote de dolo malo et culpa cavere oportet; quodsi dolo malo fecerit, quominus restituere possit, damnandum eum, quanti mulier in litem iuraverit, quia invitis nobis res nostras alius retinere non debeat.

§ 2.—Si post divortium res dotales deteriores factae sint, et vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo detrimentum ipse praestabit.

§ 3.—Si qui dotalium servorum in fuga erunt, cavere debet maritus, se eos viri boni arbitratu persecuturum et restitutum.

§ 4.—Si vir in quinquennium (4) locaverit fundum, et post primum forte annum divortium intervenerit, Sabinus ait, non alias fundum mulieri reddi oportere, quam si caverit, si quid praeter unius anni locationem maritus damnatus sit, id a (5) se praestitum iri; sed et mulieri cavendum, quidquid praeter primum annum ex locatione vir consecutus fuerit, se ei restitutum.

26. [27.] IDEM libro XXXVII. (6) ad Edictum.—Semel mora facta si servum dotalem postea offerente marito mulier accipere noluerit, et ita is decesserit, non debet pretium eius maritus, vel heres eius, ne damnum sentiat, quod postea offerente eo mulier accipere noluit.

27. [28.] GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale (7).—Si post divortium mortua muliere heres eius cum viro parente eius agat, eadem videntur de restituenda dote intervenire, quae ipsa muliere agente observari solent.

ver, si por tal motivo pueda admitir compensación. Y opino, que si verdaderamente le prohibió el marido que la diese en comodato, se hace desde luego la deducción, pero que si no le prohibió darla en comodato, se le concede á arbitrio del juez un moderado término para que dé caución.

§ 7.—Si se hubieran confiscado parte de los bienes de la mujer, le queda á la mujer la exacción de la otra parte de la dote; creo más, que si después de contestada la demanda hubiera sido confiscada parte de la dote, bastará el arbitrio del juez para hacer la condenación respecto de la otra parte. Pero si hubiera sido confiscada toda la dote, se extinguirá la acción.

25. [26.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVI.*—Si al hijo de familia le hubiera sido dada la dote sin mandato del padre, se ejercitará ciertamente la acción de peculio, mas ya por los gastos hechos por el hijo de familia, ya por las cosas donadas por el hijo, ó por las cosas del peculio amovidas por la mujer, por lo mismo que el padre tiene acción por la persona del hijo, se hace mayor el peculio; y de este modo, se ha de entregar á la mujer todo lo que hay en el peculio, si aún exista lo que se deba á la mujer.

§ 1.—Conviene que para la restitución de la dote el marido dé caución de dolo malo y de culpa; pero si con dolo malo hubiere hecho de modo que no pueda restituirla, ha de ser condenado en tanto cuanto la mujer hubiere jurado para el litigio, porque contra nuestra voluntad no debe retener otro nuestras cosas.

§ 2.—Si después del divorcio hubieran sido deteriorados los bienes dotales, y el marido hubiera sido moroso al devolver la dote, responderá él del quebranto en todos los casos.

§ 3.—Si algunos esclavos dotales anduvieren fugitivos, deberá dar caución el marido de que los perseguirá y los restituirá á arbitrio de buen varón.

§ 4.—Si el marido hubiere dado en arrendamiento un fundo por un quinquenio, y acaso después del primer año sobreviniere el divorcio, dice Sabinus, que no debe devolverse el fundo á la mujer de otro modo, que si hubiere dado caución de que si el marido fuese condenado á alguna cosa además del arrendamiento de un año, esto será abonado por ella; pero también á la mujer se le ha de dar caución de que si el marido hubiere percibido alguna cosa además de la primera anualidad del arrendamiento, él se la habrá de restituir.

26. [27.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVII.*—Si una vez causada la mora, la mujer no hubiere querido recibir después el esclavo dotal, ofreciéndoselo su marido, y así las cosas aquel hubiere fallecido, el marido, ó su heredero, no deberá su precio, ni sufrirá quebranto, porque al ofrecérselo después él no lo quiso recibir la mujer.

27. [28.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI.*—Si después del divorcio, habiendo fallecido la mujer, su heredero ejercitara la acción contra el marido ó contra el padre de este, se considera que respecto á la restitución de la dote se aplican las mismas reglas que suelen observarse cuando la misma mujer ejercita la acción.

(1) VII. ad Sabinum, Hal.  
 (2) agetur, adición a la Vulg.  
 (3) modo (en lugar de quia), Hal.  
 (4) Hal.; quinquennium, el código Fl.

(5) Stephan; a, omitela el código Fl.  
 (6) XXXV., Hal.  
 (7) Pomponius libro XV. ad Sabinum, Hal.

**28. [29.] ULPIANUS libro I. Institutionum.**—Facere posse maritus etiam id videtur, quod a muliere consequi potest, scilicet si iam ei aliquid abest, quod pro muliere aliquid expendit, vel mandato eius praestitit; ceterum si nondum ei abest, utputa sub conditione est obligatus, nondum videtur facere posse.

**29. [30.] IDEM libro III. (1) Disputationum.**—Quoties pater dotem dat, et stipulatur, ita demum in suam personam de dote actionem transfert, si ex continentis stipuletur; ceterum si interposito tempore stipulari velit, non nisi consentiente filia poterit, quamvis in potestate sit, quia deteriores conditionem in dote filiae facere non potest, nisi consentiat. Plane si ante nuptias dotem dederit, poterit ex intervallo, ante nuptias tamen, et citra voluntatem quoque filiae stipulari.

§ 1.—Si quis pro muliere dotem dederit, convenitque, ut quoquo modo diremto matrimonio ipsi solveretur, postea maritus uxori dotem solverit, rectissime dicetur, exactionem nihilominus ei, qui dedit, contra maritum competere.

**30. [31.] IULIANUS libro XVI. Digestorum.**—Nupta non impeditur, quominus cum priore marito de dote experiatur.

§ 1.—Quoties culpa viri accidit, ne dos a socero, aut a quolibet alio, qui mulieris nomine promiserat, exigeretur, si aut in matrimonio filia decesserit, aut materfamilias facta eum, qui dotem repromiserat, heredem instituerit, satis constat, nihil amplius virum praestare debere, quam ut eos obligatione liberet.

**31. [32.] IDEM libro XVIII. (2) Digestorum.**—Si marito publico iudicio damnato pars aliqua bonorum eius publicetur, fiscus creditoribus eius satisfacere necesse habet, inter quos uxor quoque est.

§ 1.—Si pater, quum ducenta filiae suae nomine dotis gratia promisisset, pactus fuerit, ne amplius quam centum a se peterentur, et soluto matrimonio egerit, centum, de quibus convenit, ne peterentur, nec intelliguntur dotis esse. Quodsi mortuo patre cum herede eius maritus agere coeperit, ista quoque pecunia in dote erit.

§ 2.—Si voluntate filiae procurator a patre datus litem de dote contestatus fuerit, et re secundo eum iudicata pater decesserit, iudicati actionem filiae potius, quam heredibus patris dari oportebit.

§ 3.—Quum patri dos data esset, et ei filius ex aliqua parte heres sub conditione institutus fuerit, et pendente conditione coheredes eius dotem pro sua portione mulieri solverint, hoc minus filius ex dote praestare debet, quoniam nullam actionem eius pecuniae recuperandae gratia adversus coheredes habet.

§ 4.—Si fundum dotalem recepisset mulier non habita ratione fructuum pro portione anni, quo

**28. [29.] ULPIANO; Instituta, libro I.**—Se considera que el marido puede pagar también lo que puede conseguir de la mujer, á saber, si ya á él le faltara algo porque gastó alguna cosa por su mujer, ó la pagó por su mandato; pero si aún no le falta, como si se obligó bajo condición, no se considera todavía que puede pagar.

**29. [30.] EL MISMO; Disputas, libro III.**—Siempre que el padre dá la dote, y estipula, transfiere á su persona la acción de dote, solamente si estipulase inmediatamente; pero si quisiera estipular habiendo mediado tiempo, no podrá sino consintiendo la hija, aunque esté bajo su potestad, porque no puede hacer peor para la hija su condición en la dote, si ella no lo consintiera. Pero si hubiere dado la dote antes de las nupcias, podrá estipular después de algún intervalo, pero antes de las nupcias, y también sin la voluntad de la hija.

§ 1.—Si alguno hubiere dado dote por la mujer, y hubiere convenido que disuelto de cualquier modo el matrimonio le fuese pagada á él mismo, y después el marido hubiere pagado la dote á la mujer, con muchísima razón se dirá, que, no obstante, le compete al que la dió el derecho de exigirla del marido.

**30. [31.] JULIANO; Digesto, libro XVI.**—No se prohíbe que la mujer casada ejercite la acción de dote contra su anterior marido.

§ 1.—Siempre que por culpa del marido acontece que no se exija la dote al suegro, ó á otro cualquiera, que la habia prometido á nombre de la mujer, si la hija falleciere durante el matrimonio, ó hecha madre de familia hubiere instituido heredero á aquel que habia prometido la dote, es bastante sabido que el marido no debe estar obligado á nada más que á librarlos de la obligación.

**31. [32.] EL MISMO; Digesto, libro XVIII.**—Si condenado el marido en juicio público fuera confiscada alguna parte de sus bienes, el fisco tiene necesidad de satisfacer á los acreedores de aquel entre los cuales se halla también la mujer.

§ 1.—Si habiendo prometido el padre doscientos en nombre de su hija por razón de dote, hubiere pactado, que no se le pidiesen más de ciento, y disuelto el matrimonio ejercitare la acción, no se entiende que son de la dote los ciento respecto de los que se convino que no se pidiesen. Pero si, muerto el padre, el marido hubiere comenzado á ejercitar contra su heredero la acción, estará también en la dote esta cantidad.

§ 2.—Si el procurador nombrado por el padre con la voluntad de la hija hubiere contestado la demanda sobre la dote, y el padre hubiere fallecido habiendo sido fallado á su favor el juicio, convenirá que se dé la acción de cosa juzgada más bien á la hija que á los herederos del padre.

§ 3.—Cuando la dote hubiese sido dada al padre, y el hijo hubiere sido instituido su heredero de alguna parte, bajo condición, y pendiente la condición sus coherederos le hubieren pagado á la mujer la dote con arreglo á su porción, el hijo deberá pagar esto menos por razón de la dote, porque no tiene contra los coherederos acción alguna para recuperar este dinero.

§ 4.—Si la mujer hubiese recibido el fundo dotal no habiéndose tenido cuenta de los frutos por la

(1) VII., *Hal.*(2) XVII., *Hal.*

nupta non fuisset, nihilominus de dote agere potest, quia minorem dotem recepisset; hoc enim ad dotis augmentum pertinet, quemadmodum si partum ancillarum non recepisset, aut legata, vel hereditates, quae post divortium per servos dotales acquisitae marito fuissent.

**32. [33.]** IDEM libro II. ad Urseium Ferozem (1).—Si prior maritus posteriori dotis nomine tanquam debitor mulieris dotem promiserit, non plus, quam id, quod facere possit, dotis futurum esse.

**33. [34.]** AFRICANUS libro VII. (2) Quaestionum.—Quae dotis nomine certam pecuniam promiserat, quosdam adhibuerat, qui stipularentur, partem dotis distracto matrimonio sibi solvi, ea nulla data dote obierat eodem marito suo herede relicto, is damnosam hereditatem eius adierat; nihilominus stipulatoribus tenebitur, quoniam ad eundem hereditatem debitoris intelligeretur secum pensasse (3), nec ad rem pertinere, quod solvendo non esset hereditas, quando ceteris etiam creditoribus teneatur.

**34. [35.]** IDEM libro VIII. (4) Quaestionum.—Titia divortium a Seio fecit; hanc Titius in sua potestate esse dicit, et dotem sibi reddi postulat; ipsa se matremfamilias dicit, et de dote agere vult; quaesitum est, quae partes iudicis sint? Respondi, patri, nisi probet, filiam non solum in sua potestate esse, sed etiam consentire sibi, denegandam actionem, sicuti denegaretur, etiamsi constaret, eam in potestate esse.

**35. [36.]** MARCIANUS (5) libro X. Institutio num.—Liberta, quae voluntate patroni discessit, de dote cum eo agere potest, quam ei dedit.

**36. [37.]** PAULUS libro II. de adulteriis.—Si maritus minus facere potest, et dos publicata sit, in id, quod facere potest, fisco maritus condemnandus est, ne in perniciem mariti mulier punita sit.

**37. [38.]** ULPIANUS libro II. Responsorum.—Dotem voluntate filiae videri patrem recepisse, quum causas contradicendi ei filia non haberet, maxime quum ab eo postea ampliore summa dotata sit.

**38. [39.]** MARCELLUS (6) libro singulari Responsorum.—Lucius Titius, quum esset filiusfamilias, voluntate patris uxorem Maeviam duxit, et dotem pater accepit; Maevia Titio repudium misit; postea pater repudiati absente filio sponsalia cum eadem (7) nomine filii sui fecit; Maevia deinde repudium sponsalibus misit, atque ita alii nu-

parte del año que no hubiese estado casada, puede sin embargo ejercitar la acción de dote, porque habría recibido aminorada la dote; porque esto pertenece al aumento de la dote, a la manera que si no hubiese recibido el parto de las esclavas, ó legados, ó herencias, que después del divorcio hubiesen sido adquiridas para el marido por los esclavos dotales.

**32. [33.]** EL MISMO; *Comentarios á Urseyo Ferox, libro II.*—Si el primer marido, como deudor de la mujer á título de dote, hubiere prometido la dote al segundo, no habrá de ser de la dote más que lo que pueda pagar.

**33. [34.]** AFRICANO; *Cuestiones, libro VII.*—Una mujer que había prometido á título de dote cierta cantidad, había presentado á unos para que estipulasen, que disuelto el matrimonio se les pagase á ellos parte de la dote, y no habiendo entregado dote alguna había ella fallecido habiendo dejado por heredero suyo á su mismo marido, y éste había adido su herencia onerosa; esto no obstante, estará obligado á favor de los estipuladores, porque se entendería que al adir la herencia de la deudora hizo compensación consigo mismo, y no importa al caso que la herencia no fuese solvente, como quiera que también esté obligado á favor de los demás acreedores.

**34. [35.]** EL MISMO; *Cuestiones, libro VIII.*—Ticia se divorció de Seyo; Ticio dice que ella está bajo su potestad, y pide que á él se le devuelva la dote; ella alega que es madre de familia, y quiere ejercitar la acción de dote; se preguntó, ¿cuales sean los deberes del juez? Respondí, que al padre se le debía denegar la acción, si no probara, no solamente que la hija estaba bajo su potestad, sino también que le prestaba su consentimiento, como se le denegaría, aunque constase que ella estaba bajo su potestad.

**35. [36.]** MARCIANO; *Instituta, libro X.*—La liberta que se divorció del patrono con la voluntad de él, puede ejercitar contra éste acción por la dote que le dió.

**36. [37.]** PAULO; *De los adulterios, libro II.*—Si el marido puede pagar menos, y hubiera sido confiscada la dote, el marido ha de ser condenado á favor del fisco en lo que puede satisfacer, á fin de que la mujer no haya sido castigada para ruina del marido.

**37. [38.]** ULPIANO; *Respuestas, libro II.*—Se considera que el padre recibió la dote con la voluntad de la hija, cuando la hija no tuviese causas para contradecirle, mayormente cuando después haya sido dotada por él con mayor suma.

**38. [39.]** MARCELO; *Respuestas, libro único.*—Lucio Ticio, siendo hijo de familia tomó por mujer á Mevia con la voluntad de su padre, y su padre recibió la dote; Mevia envió á Ticio el repudio; después el padre del repudiado, estando ausente su hijo, contrajo esponsales con la misma en nombre de su hijo; Mevia envió luego el repudio de los es-

(1) ex Minutio (en lugar de ad Urseium Ferozem), Hal.

(2) IV., Hal.

(3) se compensasse, Hal.

(4) VII., Hal.

(5) Papinianus, Hal.

(6) Taur. según corrección del código Fl.; Marcianus, la escritura original, Br.

(7) Hal. Vulg.; cum ea de, el código Fl.

psit; quaero, si Maevia agat (1) cum Lucio Titio quondam marito et a patre herede relicto de dote, et probetur culpa mulieris matrimonium dissolutum, an possit maritus propter culpam mulieris dotem retinere? Marcellus respondit, etiamsi ut heres institutus a patre Titius conveniretur, tamen, si sponsalibus non consensisset, culpam mulieris mulctandam esse.

39. [40.] PAPIANUS libro XI. (2) *Quaestionum*.—Viro atque uxore mores invicem accusantibus causam repudii dedisse utrumque pronuntiatum est; id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contemserunt, neuter vindicetur, paria enim delicta mutua pensatione dissolvuntur.

40. [41.] IDEM libro XXVIII. (3) *Quaestionum*.—Post dotem datam et nuptias contractas stipulatus est pater (4) filiae voluntate, divortio facto dotem dari; si conditio stipulationis impleatur, et postea filia sine liberis decesserit, non erit impediendus pater, quominus ex stipulatu agat, viva autem filia si agere vult, exceptione summoventus erit. (5)

41. [42.] IDEM libro XXXVII. *Quaestionum* (6).—Si pater ignorans, filiam divertisse, dotem ex causa promissionis numeravit, non per indebiti conditionem, sed de dote actione pecunia petetur.

42. [43.] IDEM libro IV. (7) *Responsorum*.—In insulam patre deportato, qui dotem pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet. Post divortium quoque patre damnato, qui idem (8) consentiente filia non petierat, aequae dotis actio mulieris est.

§ 1.—Fructus ex praediis, quae in dotem data videbantur, bona fide perceptos, et mulieris oneribus ante causam liberalem absumtos, quamvis servam (9) fuisse postea constiterit, peti non posse placuit. Sumtus vero necessarios et utiles in praedia, quae dotalia videbantur, factos, compensatis fructibus perceptis ad finem superflui servari convenit.

§ 2.—Usuras numeratae dotis ex stipulatu pater, in matrimonio defuncta filia, si petat, gener, qui residuae dotis promissae foenus stipulatus est, ita demum ad finem vice mutua debitae quantitatis compensationem opponere iuste videtur, si propriis sumtibus uxorem suam exhibuit; alioquin si patris sumtibus exhibita sit, inanis usurarum stipulatio compensationi non proderit.

§ 3.—Ad virum uxore post divortium reversa

pousales, y así se casó con otro; pregunto, si Mevia ejercitara la acción de dote contra Lucio Ticio, que fué su marido, y que había sido dejado heredero por su padre, y se probara que el matrimonio se disolvió por culpa de la mujer, ¿podría acaso el marido retener la dote por la culpa de la mujer? Marcellus respondió, que aunque Ticio fuese demandado como heredero instituido por su padre, esto no obstante, si no hubiese consentido en los esponsales, había de ser castigada la culpa de la mujer.

39. [40.] PAPIANO; *Cuestiones, libro XI*.—Habiéndose acusado mutuamente el marido y la mujer por sus costumbres, se falló que ambos dieron causa para el repudio; esto debe entenderse de modo, que ninguno de los dos sea vindicado por la ley que ambos despreciaron, porque los delitos iguales se extinguen por la mútua compensación.

40. [41.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVIII*.—Después de dada la dote y de contraidas las nupcias, estipuló el padre con la voluntad de la hija, que verificado el divorcio se le diese la dote; si se cumpliera la condición de la estipulación, y después la hija hubiere fallecido sin hijos, no se le habrá de impedir al padre que ejercite la acción de lo estipulado, pero si quiere ejercitarla viviendo la hija, habrá de ser repelido con la excepción.

41. [42.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXVII*.—Si ignorando el padre que la hija se había divorciado, pagó la dote por causa de promesa suya, se reclamará su importe no por la condición de lo no debido, sino por la acción de dote.

42. [43.] EL MISMO; *Respuestas, libro IV*.—Deportado á una isla el padre, que dió la dote por la hija, la acción de dote pertenece á la hija. Condenado también después del divorcio el padre, que por sí mismo no la había pedido con el consentimiento de la hija, es igualmente de la mujer la acción de dote.

§ 1.—Se determinó que no se pueden pedir los frutos de los predios, que se consideraban dados en dote, percibidos de buena fé y consumidos en cargas de la mujer antes de la causa sobre su condición de libre, aunque después constare que fué esclava. Pero los gastos necesarios y útiles hechos en los predios que se consideraban dotales, conviene que se retengan, compensados los frutos percibidos hasta el límite de lo sobrante.

§ 2.—Si el padre pidiera en virtud de lo estipulado, habiendo muerto la hija en el matrimonio, los intereses de la dote pagada, el yerno, que estipuló intereses de la restante dote prometida, se considera que con justicia opone la compensación hasta el límite de la cantidad mutuamente debida, solamente si á su propia costa mantuvo á su mujer; de otra suerte, si fué mantenida á costa del padre, no aprovechará para la compensación una vana estipulación de intereses.

§ 3.—Habiendo vuelto la mujer á su marido des-

traídas las nupcias no estipulaste malamente sin la voluntad de la hija; lo que parece abonar la corrección indicada en la nota anterior.—N. del Tr.

(6) I. responsorum, Hal.

(7) XII., Hal.

(8) Geb. según el código Fl., quidem; quidem (esto es, qui quidem), Taur.

(9) Otros textos, entre ellos el seguido por Pothier, dicen, en vez de servam, servum, refiriéndose al marido, y no á la mujer, lo que daría muy diferente sentido á la ley.—N. del Tr.

(1) Según conjetura nuestra; aget, el código Fl.

(2) III., Hal.

(3) VIII., Hal.

(4) Observa Pothier, que, según probó Cuyacio con dos textos de las Bas., aquí se debe añadir sine, cuya palabra falta, á su juicio, en el código Fl. Esto no obstante, en la traducción se ha seguido al texto.—N. del Tr.

(5) Las Bas., según dice Pothier, consignan la fórmula de la excepción, que era esta: At si non post contractas nuptias male stipulatus es sine voluntate filiae... (Si después de con-

judicium acceptum ex stipulatione, quam extraneus, qui dotem dederit, stipulatus fuerit, non dissolvitur, nec officio iudicis absolutio continetur.

**43. [44.]** SCAEVOLA *libro II. Quaestionum* (1).—Si maritus in id, quod facere potest, condemnatus sit, et nomina sint ad dotis quantitatem, neque amplius necesse (2) habebit mandare actiones.

**44. [45.]** PAULUS *libro V. Quaestionum*.—Si socer a genero heres institutus adierit hereditatem, quandoque mortuo patre, cum herede eius filiam de dote acturam, Nerva et Cato responderunt, ut est relatum apud Sextum Pomponium Digestorum (3) ab Aristone libro quinto; ibidem Aristoni consensit. Ergo dicerem, et si emancipasset pater filiam, ipsum quoque conveniri posse.

§ 1.—Lucius Titius filiae suae nomine centum doti promisit Cayo Seio, et inter Caium Seium et Lucium Titium patrem mulieris convenit, ne dos a viro vivo Lucio Titio, id est patre mulieris (4), peteretur; postea culpa mariti divortio facto, solutum est matrimonium, et pater mulieris cecedens alios heredes instituit filia exheredata; quaero, an ab heredibus soceri maritus exigere dotem potest, quum eam mulieri redditurus est? Respondi: quum filia aliis a patre heredibus institutis actionem de dote sua recuperanda habere coeperit, necesse habebit maritus aut exactam dotem, aut actiones ei praestare; nec ullam exceptionem habebunt soceri heredes adversus eum, quum absurde dicitur, dolo videri eum facere, qui non ipsi, quem convenit, sed alii redditurus petit; alioquin et si post mortem patris divertisset nondum exacta dote, excluderetur exactione dotis maritus, quod non est admittendum; sed etsi ex parte filia heres patri suo extiterit, debet maritus coheredes eius pro parte virili exigere, et mulieri reddere, aut actiones ei praestare.

**45. [46.]** IDEM *libro VI. Quaestionum*.—Caius Seius avus maternus Seiae nepti, quae erat in patris potestate, certam pecuniae quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit, et instrumento dotali huiusmodi pactum et stipulationem complexus est, si inter Lucium Titium maritum et Seiam divortium sine culpa mulieris factum esset, dos omnis Seiae uxori (5), vel Cayo Seio avo materno redderetur restituereturque. Quaero, quum Seius avus maternus statim vita defunctus sit, et Seia postea sine culpa sua diverterit vivo patre suo, in cuius potestate est, an, et cui actio ex hoc pacto ex (6) stipulatione competat, et utrum heredi avi materni ex stipulatu (7), an nepti? Respondi, in persona quidem neptis videri inutiliter stipulationem esse conceptam, quoniam avus maternus ei

pués del divorcio, el juicio aceptado en virtud de la estipulación, que hubiere estipulado el extraño que hubiere dado la dote, no se disuelve, ni en las atribuciones del juez se comprende la absolución.

**43. [44.]** SCÉVOLA; *Cuestiones, libro II.*—Si el marido hubiera sido condenado en lo que puede satisfacer, y hubiera créditos hasta la cuantía de la dote, no tendrá necesidad de más que de ceder las acciones.

**44. [45.]** PAULO; *Cuestiones, libro V.*—Si el suegro instituido heredero por su yerno hubiere adido la herencia, Nerva y Catón respondieron, que una vez muerto el padre, la hija ejercitará contra su heredero la acción de dote, según se vé en Sexto Pomponio que se dijo por Aristón al libro quinto del Digesto; en cuyo lugar asiente á la opinión de Aristón. En su consecuencia yo diría, que aún si el padre hubiese emancipado la hija, también puede él ser demandado.

§ 1.—En nombre de su hija Lucio Ticio prometió en dote ciento á Cayo Seyo, y se convino entre Cayo Seyo y Lucio Ticio, padre de la mujer, que por el marido no se pidiese la dote mientras viviese Lucio Ticio, esto es, el padre de la mujer; después, verificado el divorcio por culpa del marido, se disolvió el matrimonio, y muriendo el padre de la mujer instituyó herederos á otros, habiendo desheredado á la hija; pregunto, ¿puede el marido exigir de los herederos del suegro la dote, habiéndola de restituir á la mujer? Respondi: como quiera que la hija, habiendo sido instituidos otros herederos por el padre, haya comenzado á tener acción para recuperar su dote, tendrá necesidad el marido de cederle ó la dote cobrada, ó las acciones; y ninguna excepción tendrán contra él los herederos del suegro, porque absurdamente se dice que se considera que obra con dolo el que pide para restituir no al mismo á quien demanda, sino á otro; de otra suerte, también si se hubiese divorciado después de la muerte del padre no habiendo sido exigida todavía la dote, sería excluido de la exacción de la dote el marido, lo que no se ha de admitir; pero aunque la hija hubiere quedado en parte heredera de su padre, deberá el marido exigir á sus coherederos con arreglo á su porción viril, y restituirlo á la mujer, ó cederle á esta las acciones.

**45. [46.]** EL MISMO; *Cuestiones, libro VI.*—Cayo Seyo, abuelo materno de su nieta Seya, que estaba bajo la potestad de su padre, dió al marido de ella, Lucio Ticio, cierta cantidad de dinero á título de dote, y en el instrumento dotal comprendió un pacto y una estipulación de esta naturaleza, que si entre el marido Lucio Ticio y Seya se hubiese hecho divorcio sin culpa de la mujer, toda la dote fuese devuelta y restituida á Seya, la mujer, ó á Cayo Seyo, su abuelo materno. Pregunto, habiendo muerto inmediatamente el abuelo materno Seyo, y habiéndose divorciado después, sin culpa suya, Seya en vida de su padre, bajo cuya potestad está, ¿competará la acción de este pacto de la estipulación, y á quién, acaso al heredero del abuelo materno en virtud de lo estipulado, ó á la nieta?

(1) V. digestorum, Hal.

(2) Según conjetura Bynkersh. (Obs. VII. 2.); neque amplius, neque habebit, el código Fl.; neque amplius habebit: mandare actiones debet, Hal.

(3) Digestorum, omitela Hal.

(4) id est patre mulieris, omitelas Hal.

(5) Taur.; uxoris, el código Fl.

(6) et (en lugar de ex), Hal. Vulg.

(7) ex stipulatu, omitelas Hal.

stipulatus proponitur; quod quum ita est, heredi stipulatoris, quandoque diverterit mulier, actio competere videtur. Sed dicendum est, Seiae posse dotem solvi, quamvis actio ei directo non competat, ac si sibi, aut illi dari avus stipulatus esset; sed permittendum est (1) inepi ex hac avita conventionem, ne commodo dotis defraudetur, utilem actionem habere (2); favore enim nuptiarum, et maxime propter affectionem personarum ad hoc decurrendum est.

46. [47.] IDEM libro nono decimo (3) *Quaestio-num*.—Qui dotem stipulanti uxori promiserat, eodem testamento quaedam legaverat, ita tamen, ne dotem ab heredibus peteret; ea, quae legata erant, uxor capere non potuerat; respondi, dotis actionem mulieri adversus heredes non esse denegandam.

47. [48.] SCAEVOLA libro XIX. *Quaestionum*.—Quum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur; cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit? Si tamen ex mente legis sumet quis, ut nec accusare possit, qui lenocinium uxori praebuerit, audiendus est.

48. [49.] CALLISTRATUS libro II. *Quaestio-num* (4).—Si dotali instrumento ita stipulatio interposita sit, ut liberorum nomine dos apud maritum resideat, nepotum quoque nomine dos retinebitur.

49. [50.] PAULUS libro VII. (5) *Responsorum*.—Maevia marito suo inter alias res dotis etiam instrumentum solidorum decem tradidit, quo Otacilio eidem Maeviae caverat, daturum se, quum nuptum ire coepisset, decem millia (6); ex eo instrumento maritus nihil exegit, quia nec potuit; quaesitum est, si dos a marito petatur, an compellendus sit, etiam illam summam, quae instrumento continetur, refundere? Respondi, potuisse quidem eum, cui actiones mandatae sunt, debitorem convenire, sed si sine dolo malo vel culpa exigere pecuniam non potuit, neque dotis nomine eum conveniri posse, neque mandati iudicio.

§ 1.—(7) Fundus aestimatus in dotem datus a creditore antecedente ex causa pignoris ablatus est; quaesitum est, an mulier, si aestimationem dotis repetat, exceptione summovenda sit—ait enim, se propterea non teneri, quod pater eius dotem pro se dedit, cui heres non extiterit—? Paulus respondit, praedicto evicto sine dolo et culpa viri pretium petenti mulieri doli mali exceptionem obesse; consequi enim eam pretium fundi evicti evidens iniquitas est, quum dolus patris ipsi nocere debeat.

(1) permittendam esse (omittendo habere.), Hal.

(2) Vulg.; habere, omitela el código Fl.

(3) decimo, se considera añadida por antiguos copistas.

(4) VI. stipulationum, Hal.

(5) II., Hal.

Respondi, que ciertamente en cuanto á la persona de la nieta se consideraba que inútilmente se había formulado la estipulación, porque se propone que el abuelo materno estipuló para ella; lo que siendo así, parece que la acción compete al heredero del estipulador, cuando quiera que se hubiere divorciado la mujer. Pero se ha de decir, que se le puede pagar á Seya la dote, aunque no le compete directamente la acción, lo mismo que si el abuelo hubiese estipulado que se le diese á él ó á ella; pero se le ha de permitir á la nieta, para que no sea defraudada en el beneficio de la dote, que tenga la acción útil derivada de esta convención del abuelo; porque se ha de recurrir á esto por favor á las nupcias, y principalmente por consideración al afecto de las personas.

46. [47.] EL MISMO; *Cuestiones, libro décimo noveno*.—Uno que había prometido la dote á la mujer que la estipulaba, le había legado á la misma ciertas cosas en el testamento, pero con la condición de que no les pidiese la dote á los herederos; la mujer no había podido obtener las cosas que le habían sido legadas; respondi, que no se le ha de denegar á la mujer la acción de dote contra los herederos.

47. [48.] SCAEVOLA; *Cuestiones, libro XIX*.—Cuando con la mujer se hubiere hecho adulterio por lenocinio del marido, no se retiene nada de la dote; pues ¿por qué reprobará el marido costumbres, que él mismo ó corrompió antes, ó aprobó después? Pero si alguno sostuviera que según el espíritu de la ley no puede ni acusarla el que hubiere hecho de rufán á su mujer, ha de ser oído.

48. [49.] CALISTRATO; *Cuestiones, libro II*.—Si en el instrumento dotal se hubiera interpuesto estipulación de este modo, que la dote quede en poder del marido á nombre de los hijos, también se retendrá la dote á nombre de los nietos.

49. [50.] PAULO; *Respuestas, libro VII*.—Mevia entregó á su marido, entre otras cosas de la dote, también una escritura de diez sueldos, por la que Otacilio aseguraba á la misma Mevia que él le daría los diez mil cuando hubiese comenzado á casarse; el marido no cobró nada en virtud de esta escritura, porque no pudo; se preguntó, si se le exigiera al marido la dote, ¿habrá de ser compelido á restituir también aquella cantidad que se contiene en la escritura? Respondi, que pudo ciertamente aquel á quien se cedieron las acciones demandar al deudor, pero que si sin dolo malo ó culpa no pudo cobrar el dinero, no podía él ser demandado ni por razón de la dote, ni por la acción de mandato.

§ 1.—Un fundo estimado dado en dote fué quitado por un acreedor anterior por causa de prenda; se preguntó, ¿si la mujer repitiera la estimación de la dote, deberá acaso ser repelida con excepción—alegando que ella no estaba obligada, porque por ella dió la dote su padre, de quien no había quedado heredera—? Paulo respondió, que hecha evicción del predio sin dolo ni culpa del marido, le obstaba á la mujer que reclamaba el precio la excepción de dolo malo; porque es evidente injusticia que ella consiga el precio del fundo en que se hizo evicción, debiendo perjudicarle á ella misma el dolo de su padre.

(6) millia, omitela Hal.

(7) Véanse los *Fragm. Vatic.* §. 34.

50. [51.] SCAEVOLA libro II. *Responsorum*.—Aestimatis rebus in dotem datis pactum interces- sit, ut, ex quacunque causa dos reddi deberet, ipsae res restituerentur habita ratione augmenti et deminutionis viri boni arbitrato, (1) quae vero non extarent, ab initio (2) aestimatio earum; quae- situm est, quum res quaedam, quas maritus ven- diderat, extarent, an secundum pactum et haec ad mulierem pertinerent? Respondi, res, quae ex- tant, si neque volente, neque ratum habente mu- liere venissent, perinde reddendas, atque si nulla aestimatio intervenisset.

51. [52.] HERMOGENIANUS libro II. *Iuris Epito- marum* (3).—Aestimatae res usu etiam mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur.

52. [53.] TRYPHONINUS libro VII. *Disputatio- num*.—Maritus dotem, quam non accepit, post di- vortium per errorem solvit; repetet, quia non nu- meratam caverat (4), exigi enim ab eo non potuit.

53. [54.] IDEM libro XII. (5) *Disputationum*.—Si filiofamilias dos data est, ipse quidem dotis actione tenetur, pater autem eius de peculio; nec interest, in peculio rem vel pecuniam dotalem ha- beat, nec ne; sed quatenus facere potest, hic quo- que condemnandus est. Intelligitur autem peculio- tenus facere posse, quod habet rei iudicandae (6) tempore. Atquin, si cum patre agatur, deduce- tur (7) ex peculio, quod patri vel subiectis ei per- sonis filius debet; at si cum ipso filio agatur, alte- rius debiti non fiet detractio in computatione, quantum facere possit filius.

54. [55.] PAULUS libro *singulari de iure singu- lari*.—Maritus facere posse creditur nullo deducto aere alieno; item socius, item patronus parensve; at is, qui ex donatione convenietur, omni aere alieno deducto facere posse intelligitur.

55. [56.] IDEM libro V. *ad Plautium*.—Quum mulier de dotis repetitione post solum matrimo- nium agit, cavere debet marito, qui aedium nomi- ne damni infecti cavit, si velit eam recipere, ut periculum mariti amoveat.

56. [57.] IDEM libro VI. *ad Plautium*.—Si quis sic stipuletur a marito: «Si quo casu Titia tibi nu- pta esse desierit, dotem dabis?» hac generali com- memoratione et ab hostibus capta ea committetur stipulatio, vel etiam si deportata fuerit, vel ancilla effecta (8); hac enim conceptione omnes hi ca- sus continentur. Plane quantum veniat in stipula- tione, utrum quasi mortua sit, an quasi divortium fecerit? Humanus quis id competere dixerit, quod propter mortem convenit.

50. [51.] SCAEVOLA; *Respuestas, libro II*.—Ha- biéndose dado en dote cosas estimadas, medió paco- to para que por cualquier causa que debiese restituirse la dote se restituyesen las mismas cosas, habida cuenta de su aumento y de su disminución á arbitrio de hombre bueno, y que de las que no existiesen, la estimación de las mismas hecha al principio; se preguntó, ¿subsistiendo algunas cosas, que el marido había vendido, acaso pertenecerían también estas á la mujer conforme al pacto? Respondí, que las cosas que subsisten, si hubiesen sido vendidas sin quererlo y sin ratificarlo la mu- jer, habian de ser restituidas lo mismo que si no hubiese mediado ninguna estimación.

51. [52.] HERMOGENIANO; *Epítome del Dere- cho, libro II*.—Las cosas estimadas se deterioran á cargo del marido aún por el uso de la mujer.

52. [53.] TRIFONINO; *Disputas, libro VII*.—Un marido pagó por error después del divorcio la dote que no recibió; la repetirá, pues había dado cau- ción de la que no había sido entregada, porque no pudo exigirsele.

53. [54.] EL MISMO; *Disputas, libro XII*.—Si la dote fué dada á un hijo de familia, él ciertamente está obligado por la acción de dote, y su pa- dre por la de peculio; y no importa que tenga ó no en el peculio la cosa ó el dinero de la dote; pero también éste ha de ser condenado en cuanto pue- de hacer. Mas se entiende que puede hacer hasta el limite del peculio, que tiene al tiempo de ser juzgado el negocio. Pero si se ejercitase la acción contra el padre, se deducirá del peculio lo que el hijo debe al padre ó á las personas sujetas á éste; mas si se ejercitara la acción contra el mismo hijo, no se hará deducción de otro débito para el cóm- puto de cuanto pueda hacer el hijo.

54. [55.] PAULO; *De los derechos especiales, libro único*.—Se cree que el marido puede pagar, sin haberse deducido ninguna otra deuda; y lo mis- mo un socio, é igualmente el patrono ó un ascen- diente; mas el que fuere demandado en virtud de una donación, se entiende que puede pagar habién- dose deducido todas sus deudas.

55. [56.] EL MISMO; *Comentarios á Plautio, li- bro V*.—Cuando la mujer ejercita después de di- suelto el matrimonio la acción de repetición de la dote, si quisiera recibirla, debe dar caución al ma- rido, que dió caución por razón de daño inminente de edificios, para librar de responsabilidad al marido.

56. [57.] EL MISMO; *Comentarios á Plautio, li- bro VI*.—Si alguien estipulase del marido en es- ta forma: «¿Darás la dote, si en algún caso hubiere dejado Ticia de estar casada contigo?» en virtud de esta cláusula general se incurrirá en la estipu- lación también si ella hubiere sido cogida por los enemigos, ó aún si hubiere sido deportada, ó he- cha esclava; porque en esta cláusula se compren- den todos estos casos. ¿Pero cuánto se comprende- rá en la estipulación, acaso como si hubiera muer- to, ó como si se hubiere divorciado? Alguien diría, que es más equitativo que competa lo que se con- vino para el caso de muerte.

(1) si, inserta Hal.

(2) ab initio, omitentias Hal. Vulg.

(3) ἐπιτομῶν, Hal.

(4) quasi non numeratam pecuniam caverit, Hal.

(5) VIII., Hal.

(6) iudicatae, Hal. Vulg.

(7) Hal.; deduceretur, el código Fl.

(8) Taur.; (vel ancilla effecta), el código Fl., Br.

**57. [58.] MARCELLUS libro VII. Digestorum.**—Usufructus in dotem dato si divortium intervenerit, nec proprietatis rei apud maritum vel mulierem sit, eam dotis esse restitutionem, ut maritus caveat, quamdiu vixerit, passurum se uti frui mulierem heredemque eius; quod an verum sit circa adiectionem heredis, dubito. Interest, quemadmodum sit ususfructus in dotem datus. Si, quum haberet mulier fructum (1), viro, cuius erat proprietatis fundi, usumfructum cessit, nihil mulier heredi suo relinquet; debebatur enim ei ususfructus, qui ad heredem non solet transire. Quodsi fundi sui fructum mulier viro cessit, restitui is a viro debet; cum proprietate enim ad heredem eius transiisset, si vir in reddendo eo non fecisset moram. Si vero alienata sit proprietatis, aut aliquis fundi sui usumfructum mulieris iussu viro eius dederit in dotem, inspiciendum est primum, quemadmodum mulieri possit restitui; potest autem vel cautionibus interpositis, ut, sicut potest, vir iure suo cedat mulieri, fruique eam patiatur, vel si se accommodavit dominus proprietatis, volente eo mulieri constituitur ususfructus. Nam aut fructum fundi ille mulieri poterit cedere, aut aliquid videlicet pro eo, ut inter eos actum fuerit, dare; nam et finge, hoc ipsum mulierem posse proprietatis domino vendere, quo casu non inique etiam mulieris herede agente vir facere cogatur, quippe si moram non fecisset, pretium fructus mulier heredi suo reliquisset. Quodsi facultatem ususfructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, patientiam, quam percipiendi fructus praestare ipsi debuit, etiam heredi eius praestat.

**58. [59.] MODESTINUS libro singulari de Heurmatibus (2).**—Servus dotalis heres ab aliquo institutus mariti iussu vel adire, vel repudiare debet hereditatem; sed ne maritus aut facile repudiando, vel temere suscipiendo incognitam successionem dotis iudicio uxori suae obligetur (3), consulendum est, mulierem coram testibus interrogari, utrum velit omittere, an acquirere hereditatem, et, si repudiare se dixerit, facile mariti iussu repudiabit. Quodsi hereditatem agnoscere maluerit, reddendus est a marito servus uxori ea conditione, ut, quum iussu eius adierit, rursus marito retradatur. Ita et mariti sollicitudini consulatur, et uxoris desiderio parebitur.

**59. [60.] IULIANUS libro II. ad Urseium Ferozem (4).**—Filiae meae emancipatae et aegrae vir in hoc repudium misit, ut mortua ea dotem potius heredibus eius, quam mihi redderet; Sabinus dicebat, utile mihi eius dotis recuperandae iudicium dandum esse; Gaius idem (5).

**60. [61.] PROCULUS libro V. Epistolarum (6).**—

(1) usumfructum, Hal.  
 (2) de differentia dotis (en lugar de de Heurmatibus), Hal.  
 (3) obliget, Hal.

**57. [58.] MARCELO; Digesto, libro VII.**—Si habiéndose dado en dote el usufruto hubiere sobrevenido el divorcio, y la propiedad de la cosa no estuviera en poder del marido ó en el de la mujer, la restitución de la dote se hace de este modo, dando caución el marido de que, mientras viviere, él consentirá que la disfruten la mujer y su heredero; lo que dudo si será verdad en cuanto á la adición del heredero. Importa saber de qué manera haya sido dado en dote el usufruto. Si teniendo la mujer el usufruto cedió el usufruto á su marido, de quien era la propiedad del fundo, la mujer no dejará nada á su heredero; porque se le debía á ella el usufruto, el cual no suele pasar al heredero. Pero si la mujer cedió á su marido el usufruto de un fundo suyo, debe ser este restituido por el marido; porque habria pasado con la propiedad á su heredero, si el marido no hubiese sido moroso al restituirlo. Mas si la propiedad hubiera sido enajenada, ó por mandato de la mujer alguien hubiere dado en dote el usufruto de un fundo suyo al marido de aquella, se ha de examinar primero, de qué manera se le pueda restituir á la mujer; y se puede, ó habiéndose interpuesto cauciones, de suerte que el marido ceda, según puede, á la mujer su derecho, y permita que ella usufructue, ó si el dueño de la propiedad se acomodó á que, queriéndolo él, se constituya el usufruto á favor de la mujer. Porque podrá él ó ceder á la mujer el usufruto del fundo, ó dar en lugar de este alguna cosa, según entre ellos se hubiere convenido; porque supón también que la mujer puede vender esto mismo al dueño de la propiedad, en cuyo caso, también ejercitando la acción el heredero de la mujer, no injustamente será obligado á hacerlo el marido, porque si no hubiese incurrido en mora, la mujer habria dejado á su heredero el precio del usufruto. Mas si la mujer no hubiere tenido la facultad de vender el usufruto al dueño de la propiedad, presta también al heredero de ella el consentimiento que debió prestarle á la misma para percibir los frutos.

**58. [59.] MODESTINO; Cuestiones nuevas, libro único.**—Instituido heredero por alguien un esclavo de la dote, debe adir ó repudiar la herencia por mandato del marido; pero para que el marido no se obligue por la acción de dote á su mujer, ó repudiando con facilidad, ó aceptando inconsideradamente una sucesión desconocida, se ha de procurar que ante testigos sea interrogada la mujer, si quiere abandonar ó adquirir la herencia, y si dijere que la repudiaba, fácilmente la repudiará por mandato del marido. Mas si hubiere preferido aceptar la herencia, el esclavo ha de ser devuelto por el marido á su mujer, con la condición de que cuando la hubiere adido por mandato de ella sea devuelto nuevamente al marido. Y de este modo se atenderá á la solicitud del marido, y se secundará el deseo de la mujer.

**59. [60.] JULIANO; Comentarios á Urseyo Feroz, libro II.**—El marido de una hija mia emancipada y enferma le envió el repudio con este objeto, para que fallecida ella devolviese la dote más bien á sus herederos que á mí; Sabino decía, que se me ha de dar acción útil para recuperar su dote; y lo mismo decía Gayo.

**60. [61.] PROCULO; Epistolas, libro V.**—Si hu-

(4) Ulpianus libro XXXV. ad Sabinum, Hal.  
 (5) Gaius idem, omitelas Hal.  
 (6) Idem libro XXV. ad edictum, Hal.

Si filiafamilias nupta decesserit, et pater funus ei fecerit, tametsi ei dotem post aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuo socer agendo consequetur, ut impensam funeris praesentem recipiat; cetera dotis statuto tempore solvantur.

**61. [62.]** PAPINIANUS *libro XI. Quaestionum.*—Dotalem servum vir invita uxore manumisit; heres solus vir a liberto institutus portionem hereditatis, quam ut patronus consequi potuit ac debuit, restituere debet, alteram vero portionem dotis iudicio, si modo uxor manumittenti refragatur.

**62. [63.]** ULPIANUS *libro XXXIII. (1) ad Edictum.*—Quodsi vir voluntate mulieris servos dotales manumisit, quum donare ei mulier (2) voluit, nec de libertatis causa impositis ei praestandis tenebitur;

**63. [64.]** PAULUS *libro II. ad legem Iuliam et Papiam (3).*—et desinit servus in dote esse, quia cui manumittendi causa donare liceret, et quodammodo donaret, quod permitteret manumittere.

**64. [65.]** ULPIANUS *libro VII. ad legem Iuliam et Papiam (4).*—Si vero negotium gerens mulieris non invitae maritus dotalem servum voluntate eius manumisit, debet uxori restituere, quicquid ad eum pervenit.

§ 1.—Sed et si quid libertatis causa maritus ei imposuit, id uxori praestabit.

§ 2.—Plane si operae fuerint a (5) marito exhibitae, non aestimatio earum, non erit aequum hoc nomine uxori maritum quippiam praestare.

§ 3.—Sed si post manumissionem aliquid ei fuerit liberto impositum, id uxori praestandum est.

§ 4.—Sed et si reum maritus acceperit adpromissoremve (6), aequae adversus ipsum obligationem debet praestare.

§ 5.—Item quicquid ad eum ex bonis liberti pervenit, aequae praestare cogetur, si modo ad eum quasi ad patronum pervenerit; ceterum si alio iure, non cogetur praestare, nec enim beneficium, quod in eum libertus contulit, hoc uxori debet, sed id tantum, quod iure patronatus assequitur, vel assequi potuit. Plane si ex maiore parte, quam debet, heres scriptus fuerit, quod amplius est, non praestabit; et si forte, quum ei nihil deberet libertus, heredem eum scripsit, nihil uxori restituet.

§ 6.—Dabit autem, ut ait lex (7), quod ad eum pervenit. Pervenisse accipimus, sive iam exegit, sive exigere potest, quia actio ei delata est.

§ 7.—Adiicitur in lege, ut et si dolo malo aliquid factum sit, quominus ad eum perveniat, teneatur.

biere fallecido casada una hija de familia, y su padre le hubiere hecho los funerales, aunque el yerno debería devolverle la dote después de algún tiempo, sin embargo, ejercitando inmediatamente la acción conseguirá el suegro recobrar de presente los gastos del funeral; y lo demás de la dote se pagará al tiempo establecido.

**61. [62.]** PAPINIANO; *Cuestiones, libro XI.*—Un marido manumitió contra la voluntad de su mujer un esclavo de la dote; el marido, instituido único heredero por el liberto, debe restituir la porción de la herencia, que pudo y debió conseguir como patrono, y por la acción de dote la otra porción, si la mujer hace oposición al que hace la manumisión.

**62. [63.]** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—Pero si el marido hubiere manumitido, con la voluntad de la mujer, esclavos de la dote, habiendo querido la mujer hacerle una donación, no estará obligado ni por los gravámenes impuestos por causa de la libertad que á él se le hayan de satisfacer;

**63. [64.]** PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro II.*—y el esclavo deja de formar parte de la dote, porque aquel á quien fuese lícito donarlo para manumitirlo, también lo donaría en cierto modo, porque permitiría manumitirlo.

**64. [65.]** ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro VII.*—Mas si el marido, siendo gestor de negocio de la mujer no contra la voluntad de esta, hubiere manumitido con voluntad de la misma un esclavo de la dote, debe restituir á la mujer todo lo que fué á poder de él.

§ 1.—Pero si el marido le impuso algún gravamen por causa de la libertad, también se lo cederá á la mujer.

§ 2.—Pero si al marido se le hubiesen prestado servicios, no su estimación, no será justo que por tal título el marido satisfaga alguna cosa á la mujer.

§ 3.—Pero si después de la manumisión se le hubiere impuesto al liberto algún gravamen á favor de él, ha de prestarse á la mujer.

§ 4.—Pero también si el marido hubiere aceptado un deudor ó un fiador, debe igualmente ceder la obligación contra el mismo.

§ 5.—Asimismo se le obligará á ceder igualmente cualquiera cosa que hubiere ido á su poder de los bienes del liberto, si hubiere ido á su poder como á patrono; pero si por otro derecho, no se le obligará á cederla, porque no debe á la mujer el beneficio que á favor de él constituyó el liberto, sino solamente lo que adquiere, ó pudo adquirir por derecho de patronato. Mas si hubiere sido instituido heredero en mayor parte de la que debe serlo, no entregará lo que hay de exceso; y si no debiéndole nada el liberto lo instituyó acaso heredero, no restituirá nada á la mujer.

§ 6.—Pero dará, como dice la ley, lo que fué á su poder. Y entendemos que fué á su poder, ya si entonces hubo percibido, ya si puede percibir, porque tiene deferida la acción.

§ 7.—Añádese en la ley, que también queda obligado, si con dolo malo se hubiera hecho alguna cosa para que algo no vaya á su poder.

(1) XXXIV., Hal.

(2) servos, inserta Hal. Vulg.

(3) VII. ad Sabinum, Hal.

(4) Ulpianus libro XXXIV. ad edictum, Hal.

(5) a, es considerada palabra superflua, y no se lee en otras

ediciones. Por esto, y porque no tendría aquí sentido, se ha prescindido de ella en la traducción.—N. del Tr.

(6) expromissoremve, Hal.

(7) Iulia, inserta Hal.

§ 8.—Si filium exheredaverit patronus, et (1) ad eum bona liberti pertineant, videndum est, an heres hoc nomine teneatur. Et quum nihil neque ad ipsum patronum, neque ad heredem eius perveniat, quomodo fieri potest, ut hoc nomine teneatur?

§ 9.—De viro heredeque eius lex tantum loquitur, de socero successoribusque soceri nihil in lege scriptum est; et hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda.

§ 10.—Quod ait lex: QUANTA PECUNIA ERIT, TANTAM PECUNIAM DATO, ostendit, aestimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem praestare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit; et hoc enim benignius admitti debet.

65. [66.] SCAEVOLA libro singulari Quaestio-  
num publice tractatarum.—Haec actio etiam con-  
stante matrimonio mulieri competit.

66. [67.] JAVOLENUS libro VI. (2) ex Posteriori-  
bus Labeonis.—In his rebus, quas praeter nume-  
tam pecuniam doti vir habet, dolum malum et  
culpam eum praestare oportere, Servius ait; ea  
sententia Publii Mucii est, nam is in Licinia Grac-  
chi uxore statuit, quod res dotales in ea seditione,  
qua Gracchus occisus erat, periissent; ait, quia  
Gracchi culpa ea seditio facta esset, Liciniae praes-  
tari oportere.

§ 1.—Servis uxoris vir numos in vestiarium de-  
derat, quo parato (3) deinde intra annum divortium  
intercesserat; placuit Labeoni, Trebatio, qua-  
lia vestimenta post divortium essent, talia patri  
reddi. Idem iuris futurum fuisset, si ipsa vesti-  
menta vir emisset, et servis dedisset. Quodsi vesti-  
menta non redderentur, tum virum pretium in  
dote compensaturum.

§ 2.—Filiafamilias divortio facto dotem patri  
reddi iusserat, deinde parte dotis persoluta pater  
decesserat; reliquam partem, si nec (4) delegata,  
nec promissa novandi animo patri fuisset, mulieri  
solvi debere Labeo, Trebatius putant; idque ve-  
rum est.

§ 3.—Mancipia in dotem aestimata accepisti, pa-  
ctum conventum deinde factum est, ut divortio fa-  
cto tantidem aestimata redderes, nec de partu do-  
talium ancillarum mentio facta est; manebit, inquit  
Labeo, partus tuus, quia is pro periculo mancipio-  
rum penes te esse deberet.

§ 4.—Mulier, quae centum dotis apud virum ha-  
bebat, divortio facto ducenta a viro errante stipu-  
lata erat; Labeo putat, quanta dos fuisset, tantam  
deberi, sive prudens mulier plus esset stipulata,  
sive imprudens; Labeonis sententiam probo.

§ 5.—Uxor divortio facto partem dotis receperat,  
partem apud virum reliquerat, deinde alii nup-  
serat, et iterum vidua facta ad priorem virum re-

§ 8.—Si el patrono hubiere desheredado á su hi-  
jo, y á él le pertenecieran los bienes de un liberto,  
se ha de ver si el heredero estará obligado por este  
motivo. Y no yendo nada ni á poder del mismo pa-  
trono, ni al de su heredero, ¿cómo puede ser que  
se obligue por este motivo?

§ 9.—La ley habla solamente del marido y de  
su heredero, y nada se halla escrito en la ley res-  
pecto al suegro y á los sucesores del suegro; y  
esto lo señala Labeon como una omisión. Así, pues,  
en los casos en que es deficiente la ley no se habrá  
de dar ni aún la acción útil.

§ 10.—Lo que dice la ley: «Datanto dinero quan-  
to dinero hubiere», demuestra que la ley quiso que  
entregue la estimación de la herencia ó de los bie-  
nes del liberto, no la misma herencia, á no ser que  
el marido hubiere preferido entregar las mismas  
cosas; porque también esto debe admitirse como  
más equitativo.

65. [66.] SCAEVOLA; *Cuestiones tratadas en pú-  
blico, libro único*.—Esta acción compete á la mu-  
jer aún durante el matrimonio.

66. [67.] JAVOLENO; *Doctrina de las obras pós-  
tumas de Labeon, libro VI*.—Dice Servio, que, res-  
pecto á las cosas que además del dinero contante  
tiene el marido en dote, debe prestar el dolo malo  
y la culpa; este es el parecer de Publio Mucio, por-  
que determinó respecto á Licinia, mujer de Graco,  
que los bienes dotales perecieron en aquella sedi-  
ción en que habia sido muerto Graco; y dice, que  
como aquella sedición se habia producido por cul-  
pa de Graco, debían ser restituidos á Licinia.

§ 1.—Un marido habia dado dinero para vesti-  
dos á esclavos de la mujer, y comprados aquellos  
habia sobrevenido después el divorcio dentro del  
año; pareció bien á Labeon y á Trebacio, que se  
devolviesen al padre los vestidos tales cuales estu-  
viesen después del divorcio. El mismo derecho ha-  
bria de haber, si el marido hubiese comprado los  
vestidos, y se los hubiese dado á los esclavos. Mas  
si no se devolviesen los vestidos, en este caso el  
marido habrá de compensar su precio en la dote.

§ 2.—Una hija de familia habia mandado, ha-  
biéndose verificado divorcio, que la dote fuese res-  
tituida al padre, y después de pagar parte de la  
dote habia fallecido el padre; Labeon y Trebacio  
opinan, que la otra parte debe ser pagada á la mu-  
jer, si no hubiese sido delegada, ni prometida al pa-  
dre con ánimo de hacer novación; y esto es verdad.

§ 3.—Recibiste en dote esclavos estimados, y des-  
pués se hizo el pacto convenido de que verificado  
el divorcio los devolverías estimados en otro tan-  
to, y no se hizo mención del parto de las esclavas  
dotales; dice Labeon, que el parto permanecerá  
siendo tuyo, porque debería quedar en tu poder  
por el riesgo de los esclavos.

§ 4.—Una mujer, que tenía en dote ciento en po-  
der de su marido, verificado el divorcio habia es-  
tipulado doscientos de su marido inducido á error;  
opina Labeon, que se debe tanto cuanto hubiese si-  
do la dote, ya si á sabiendas, ya si ignorándolo hu-  
biese estipulado más la mujer; y apruebo la opi-  
nión de Labeon.

§ 5.—Una mujer, verificado el divorcio, habia  
recibido parte de la dote, y dejado parte en po-  
der del marido; después se habia casado con otro,

(1) ut, Hal.  
(2) V., Hal.

(3) peracto, Hal. Vulg.  
(4) necdum, Hal.